UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 55. Sessio XXVII. Basileensis Synodi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66426

Visual Library

Sæcul. XV.
A.C. 1437.

## §. LV.

### *Seſſio vigeſima ſeptima Baſileenſium.*

*Labbe Conc. tom. 12. p. 585. Vid. l. CVI. §. XVIII & CVII. § V.*

Ergo Baſileenſes Pontificis auctoritatem iniquius ferentes, eandemque reprimere meditantes, Feria quinta, quæ erat vigeſima ſeptima Septembris, ſeſſionem vigeſimam celebrant, cujus primo decreto Vitelli, ſeu Vitelleſci promotionem, & ceteras omnes per Eugenium factas, aut forte contra ſeſſionis quartæ & vigeſimæ tertiæ decreta attentandas irritas declarant, eoquod in primo decreto Synodus Pontifici abſque conſenſu Concilii Cardinales creare prohibuiſſet; in altero vero numerum Cardinalium ad ſolos viginti quatuor extendendum decreviſſet. Aliud ad huc condidere decretum, quo condemnarunt Literas, in quibus Archiepiſcopus Tarentinus a Concilii Baſileenſis Patribus urbes Florentiam, vel Utinum in Forojulii pro concludenda Græcorum cum Latinis unione nominatas ſuppoſuerat; hinc Baſileenſis Synodus declarabat, falſas eſſe ejusmodi Bullas, nec eis ullam fidem adhibendam, nec ipſis eſſe utendum ſub poena anathematis *ipſo facto* incurrendæ.

## §. LVI.

### *Avenionenſis urbis alienatio Pontifici a Concilio interdicta.*

Quoniam rumores Baſileæ increbuerant